

Vnde etiam illud oriri videtur, scilicet quod testator non possit in suo testamento cauere, ut clericus conueniatur coram iudice seculari, ut eleganter determinauit Bald. in l. 2. n. 4. C. ut in posse legat. & retulit Ripa hic, n. 8. Verum haec Baldi sententia nihil in se dubitationis habet, quoniam Mench. h. de success. creat. §. 22. n. 66. dicat, satis dubium esse hoc, dictum Bal. refer Bald. sequentem Dec. conf. 1. 10. n. 4. Nam quod clericus coram iudice laico conueniatur, longe lateque iuris functionibus prohibetur tex. in auth. statutum. C. de Episcopis & cler. c. 2. de iud. quare dubium non est, quin non possit testator leges illas abrogare.

106 Maxime, t. quod neque ex renuntiatione ipsius clerici etiam iurata lex illa potest tolli: tex. in cap. si diligenter, de for. compet. imo vero neque ex ipsius prorogatione fieri hoc poterit, cap. significatio, eodem titulo, nec consuetudo satis vnuquam esset, quae hoc induceret: tex. in c. qualiter & quando, de iudic. Verum alio ex capite ipse existimo decisionem Bald. esse indubitabilem, eo videlicet, quod cum superius dixerimus, non posse testatorem facere, ne leges ciuiles vel praetoriae locum habeant in suo testamento, multo minus poterit tollere eas, quae inueniuntur iuri diuini sunt. Nam testimonio illa clericorum a liminibus iudicij secularis, iuri diuini est, non humani, sicut signanter voluit gl. in c. i. p. imperator, verb. & discut. 96. distinct. cuius opinionem praeferat alios sequuntur B. Id. & Aluorot. in c. 1. §. Statuimus, nu. 1. de stat. & imaginib. Abb. in c. at si cler. nu. 23. de iud. Barb. col. 9. Fel. nu. 6. Decius nu. 5. in cap. Ecclesia Sancte Maria, de constit. lib. 6. & gloss. illius opin. testatur communem esse. Corsetus in repetitione cap. perpendimus, de sententiis excommunic. Alcivat. in cap. cum non ab homine, num. 20. & iterum num. 46. de indic. & Nasuar. in cap. nouit, eodem titul. Couar. in practic. quæsi. cap. 31. numer. 1. vbi refert fundamenta huius opinionis & plurima, diceando, hanc communem congregavit Menchaca de success. creatione, §. 22. num. 8. & sequitur simpliciter Ioann. Orosius in l. de qib. num. 14. ff. de legib. pro qua opinione est bonus text. in cap. Sylvestri 107 Fanfanius, ibi. Contra lege diuinam, 11. quest. 1. Ex t. quo insertar ratio ad tex. in dist. c. si diligenter, quatenus invalidat renuntiationem clericorum fori proprii, etiam iurata, quia cum exercitio sit de iure diuino, nem. contra id potest venire, neque obest tex. ille, ibi, Contra canonum statutam, non enim id negat introduc. Nam fuisse de iure diuino, nam postea fuit declarata per ius Canonicum, & hæc opinio est tenenda.

108 Tametsi t. multi teneant contrarium, & inter eos glossa paucissimis expensa, in authentic. de Sanctissimis Episcopis, §. si quis autem pro pecunia, versicul. ciuilem. collat. 9. quatenus inquit, clericos esse exemptos tantum, per tex. in dist. capit. si diligenter, & non antea, & hanc opinionem tenet Innocentius in dist. c. 2. de maioritate, & obedientia, & Ias. in l. 1. in 2. leci. colum. penultim. C. de summa Trinitate & fide Catholica, idem Ias. in authen. si qua mulier, in 4. nota b. C. de sacro sanct. Ecc. & plures alii relati per Menochium vbi §. & dici communem. Curt. Iua. in l. penultim. num. 18. C. de part. eam sequitur latissime probans, & respondens fundamētis contrariae partis Couar. vbi §. vbi num. 2. quatuor conclusiones constituit pro resolutione huius articuli, contrarium etiam tenet & probat, respondens latissime fundamētis contrariae partis, Medina. C. de refut. sit. de immunit. cler. quæsi. fol. 53.

109 Imo etiam non defundit, qui dicant, Papam non posse subjicere clericos iurisdictioni seculari, ut inveniunt esse communem Ioann. Orose, in dist. 1. est receptum, numer. 12. ff. de iurisdict. omni. iud. & Menoch. vbi sup. quod ipse pro nunc non determino, cu sciam plenissimam esse Papæ potestat, sed de ipsius intellectu

vide Couar. vbi supra, num. 4. quam communem intellige, quod Papa non possit subjicere clericos iurisdictioni seculari, scilicet ordinariæ. Nam delegatae bene potest, cōmittendo judicibus secularibus causas clericorum, quia tunc illi iudicabunt, non tam ex propria & laica iurisdictione, quam ex iurisdictione Ecclesiæ sibi demādata, ut testatur communem testationem esse Menchac. vbi supra, num. 6. o. sicut Papa potest dare potestatem vni laico conferendi beneficiæ, ut ex p' iuribus Dd. concludit Menchaca dist. num. 60. Quæ omnia sufficient pro ratione dubitandi, & decidēdi ad huc texum, & antequam aggrediar difficultates glossarū, & Barto notabilia quedam colligam, quæ in nostro tex. probabantur.

¶ Primum notable.

Primo t. igitur notatur ex hoc texu, quod formæ t. à lege introductæ minimi potest renuntiari, nec quicquam ex ea mutari oportet: idem probat textus in l. cum bi. §. si Pretor ff. de transaction. in l. testandi. C. de testamentis, ibi Iurisdictio, in l. Constitutionib. ibi Consueps. est. ff. ad municipal. in l. Diuus Adrianus ff. de integrum restituitione, in l. t. in lege, ff. de regul. iuris, in l. 1. C. mandat. in §. si quis, Inflit. eodem. Quid etiam habet locum, et si mutetur in melius l. 1. §. in bello ff. de re militari. Gomez ius per illum texum, in § fuerat numero quadragesimo septimo, de actio. Cuius ratio est, quia vt inquit Ioann. de Imo, in leg. quicquid astringenda ff. de verb. ob. lg. omnis solemnitas seu forma, substantialis est iuri publici, l. 3. ff. de testam. quod t. quidem ius publicum priuorum partis tolli nō potest, ius publicum, ff. de partis, l. testandi, C. de testam. l. quidam decebens, ff. de administrat. tute.

Quamobrem t. dicebat eleganter Bald. in l. fin. num. 14. C. de suis & legitim. heredit. quod formæ nihil poterit addi nec detrahi, imo adde, hinc esse, q. forma tradita à lege vel statuto debet adimpleri ad vnguē, neque sufficit impleri per æquipollēs, ut latissime examinans tenet bene limitans Ias. in l. 14. cum sequentibus ff. de liber. & posthum.

Sed contra t. hinc in hac parte, primo appono de tex. in l. 1. §. fin. ff. de venti inspic. vbi prætor ceriा formam præscripterat de vête inspicēdo, t. scilicet, si mortuo marito mulier se esse prægnante dixerit, vête inspicatur, partusque custodiatur, atque oportet quædam iuri solēnia præmittere, scilicet, vt quinq; mulieres sint, quibus hoc cōmitti debeat. Item vt tria lumina ibi sint, ne partus subiiciatur & quod is cuius interest, nō pe, proximus agnatus defuncto, præsens sit, itē quod ei parcum videndi copia fiat: quod si rete omnia seruentur, mulierem prætor se in possessionem honorum missurum pollicetur. Dicit igitur tex. in §. fin. quod si aliquid ex his solēniis sit omisum, nihilominus mulier mittetur in possessionē. Ergo probat ille tex. q. potest mutari forma a lege tradita. Ripa in præsēti intelligēs quanta esset hæc difficultas, dicebat, hæc omnia esse verissima, & q. tex. ille non obstat, quoniam loquitur in homine rūstico. Verum hic intellectus, etiæ veritatis specie præ se ferat & litera illius text. videatur quodā modo conuenire, est falsus, si rationem illius text. consideremus in versic quale est enim.

Ex quo colligitur manifestissime, non ideo formæ mutationem, seu potius defectum actum non vitiare, quoniam rusticitas in causa fuerit, sed quia leuiscula illa solēnitas fuit, quæ ibi fuit prætermissa, & ita illum tex. intelligit & interpretatur ibi Bald. & in aliis quam pluribus locis, & hic est illius tex. communis intellectus, ut testatur Ias. in l. cum bi. §. si prætor, nu. 1. ff. de transact. Alex. in Rubr. num. 12. ff. de non. oper. nuntiat. & tenet idem.

idem Bart. in d. l. cum bi. §. si vnic. in 2. declarat, quæ sit modica, & que substantialis solemnitas.

117 Ex quo intellectus inferat Bart. ibi: quod est in conſiderando inventario signum Crucis desideretur per text. in l. fin. in princ. C. de iur. delib. omissione tamen hujus formæ & solemnitaris, non viciat, quoniam leuis est. Hanc opin. communem esse omnib. doctoribus professus est idem Bart. in d. l. fin. §. cum igitur, nu. 3. in fin. communem quoque testatur Ias. in l. cum bi. nu. 4. & Alex. in Rubr. n. 8. ff. de noui. oper. nuntiat, communem quoque afferit Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, n. 11. de causa posse. & propriet. & hæc est tenenda, quam etiam dicit communem Porcellinus in tractatu de inventario, c. 2. n. 5. & 6. Mench. §. 9. n. 10. Joan. Orose, in d. §. fin. n. 3. seq. idem in l. si quis ex argentyris, §. si initium, n. 9. ff. de edend. vbi Bart. nu. 2. Ias. n. 1. idem etiam tenent. Dixi ego in examine meo acerimo Licentiatu Salmanticę in d. l. cum bi. §. eam transactionem, licet non ita late. Tandem refert in te hæc duas communes opiniones contrarias latissime illustris præceptor meus Don. Antonio in l. si qua beneficia, Cod. de diversis rescriptis.

118 Secundo contra t. text. hunc in hac parte oppono text. in c. tuis questionib. extra de testib. bu. vbi ex confessu partium potest remitti juramentum testis de veritate dicenda, consonat l. 23. tit. 16. part. 1. At vero juramentum illud formam respicit ipsius testimonij, ut in l. iurisfundandi, C. de testib.

119 Quod quidem t. pro substantia ipsius est maxime necessarium, adeo, vt quantumcunque religiosus sit is, qui in testem producit, adhuc jurare teneret: 120 text. in c. super nobis. de testib. Imo t. Cardinalibus ipsi si testimonium ferant, non creditur non juratis:

121 gl. est in c. cum olim effusus, verb. si fratribus de priu. Item facit, t. quod mille testibus non creditur, si modo jurati non sunt: ita teneret Dominicus per illum text. in cap. multis, 44. distinct. Neque posse Summum Pontificem statuere, quod creditur testibus non juratis, determinat Augustinus de Ancona lib. de potestat. Ecclesia, quæsi. 55. artic. vi. im. quem sequitur est Felin. in cap. constitutus, num. 6. de rescript. vbi dicit, hanc decisionem esse stopendam & Legitis incognitam: quam etiam refert & sequitur Hippol. singul. 124. circ. fasci. sequitur Additio Bart. in l. 1. §. num. 4. litera E. ff. de frib. Ripa in l. admonendi, nu. 149. ff. de iure iur.

122 Imo vero t. aliqui communissimum fuerit, vt in aliqua causa procedar, omisla solemnitate juris ciuilis, adhuc recipere non potest testes non juratos, vt teneret Bald. in l. milites, n. 5. C. de testam. milit. cuius opinionem magis communem esse testatur Ias. in §. in bona fide, n. 29. Inquit. de actio. quamvis Bart. in l. filius sam. n. 5. ff. de donat. teneat contrarium, cuius opinionem veriorē & communem appellat Felin. in c. dilecti filij, nu. 5. de indic.

123 Item testes, t. qui in suæ artis peritia declarant, juramentum debent præstare: gloss. est in l. comparationes, verb. deponentibus, C. de fide instrum. tametsi contrarium velit gl. in l. 1. in princ. ff. de venti inspic. & gl. in l. iurisfundandi, C. de testib. Tamen circa illas gl. tenenda est egregia Bart. distinctione, in princ. proœmij, ff. veterie, nu. 8. vbi concludit, de credibilitate saltem ab his fore exigendum juramentum, licet de veritate non iurent, quia neque jurare possunt. Hanc esse communem in hac difficultate, & concordem sententiam afferit Ias. in l. admonendi, nu. 79. ff. de iure iur. communem afferit Decius in cap. proposisi, n. 15. de probat. pro qua videtur text. in l. hac editali, §. illud, C. de secund. mpt. de quo vide Socinus in regul. 293. verb. peritus, & secundum hanc distinctionem debet intelligi dist. l. 23. titul. 16. part. 1. Quæ cum ita se habeant, quoniam pacto poterit defendi, quod partes possint hoc juramentum remitte-

Posse hinc examinari quæstio bona meo iudicio, & vallis in praxi: An ex sola productione testis in iudicio, nō secuta ipsius examinatione, propterea accidit, utputa quia pars, quæ cum produxit, no n̄t vel non possit illam examinare, vel ex negligencia id omittat, videatur eius fidem approbare? Sed quia materia nostra principalis non prestat locum longæ examinationi hujus quæstionis, ideo breuiter dico, solam productionem sufficere ad hunc scilicet effectum, ne possit testis repulsari per productem, quia per productionem oritur consensus & approbatum per sonæ testis, quia productio est actus positivus, & affirmatus consensus, ex quo acquiritur ius parti aduersæ, in cuius prejudiciū producens non potest pœnitere productionis non examinando, testem, & sic, licet examinari nō faciat testem productum, saluum remanet ius acquisitionis alteri parti ex productione ipsius testis, & ab eo inuito, sine facto suo auelli non potest, per regulam vulgarem juris, ius nostrum, &c. Cum ipse hanc opinionem ex supra dicta ratione veram esse existimat, inueni postea eam expresse tenentem Felin. in c. presentium, n. 8. de testib. ex Speculat. & Io. Andrea, quos referunt, dicens, quod eam sequuntur Dd. ibi, eam quoque sequitur plures Dd. referens Boer. d. dec. 245. n. 3.

Vbi n. 1. amplius, tñtenet, scilicet, quod pars, quæ testes produxit in iudicio, & ipsi testes ibrauerunt, non potest altera parte inuita eis reuerti, & eorum productionem, ut non examinentur, quia per productionem effecti sunt communes, & altera pars potest facere eos examinari: per quod magis corroboratur nostra opinio supra dicta.

Sed supra dicta tñ omnia circa testis productionem in iudicio, limitat singulariter Felin. in d. c. presentium, n. 10. de testib. v. non procedant, quando testis fuit approbatus (hoc est, productus) in summario iudicio, quia posset opponi exceptio in personâ in plenario, secundum Ant quem refert. Sed ipse dubius sum admodum de hac limitatione, ex his, quæ supra proxime diximus, quod ex sola productione videatur producens approbare personam testis.

Secundo fint intelligenda sunt superiora, respectu inhabilitatis & repulsa, quæ inest, vel poterat opponi testi in sua persona, quia respectu hujus videtur producere ejus personam approbare, secus vero respectu dicti ipsius testis: Nam si est sibi contrarius testis, vel aliquam aliam objectionem, vel defectum partiatur in dicto suo, non prohibebitur id allegare pars, quæ eum produxit: Quia limitata causa, limitatum parit effectum, ut in L. age cum Geminiano, C. de translat. & in l. in agro. ff. de acq. rerum denar. sed sic est, quod pars producens aliquos testes, tantum videtur personam eorum approbare & habilitare: Ergo cetera, hoc est, dicendum ipsius, remanet sub dispositione iuriis communis, tanquam casus omis. ut in l. commissione, cum similibus ff. de liber. & posth. & per consequens poterit obijcere aduersus dictum testis, quem produxit, si sibi visum fuerit, & ita teneo & fieri vidi sapientia in practica, & admisi. & est verissima opinio meo iudicio, quæ tenet alios allegans Egidius Bossius in sua praecr. m. tit. de publicat. processu, n. 16. cum Carol. Molin. additio Berna. de Diaz reg. 7. 47. in f. & in iureno nonnullum tenere Menchi. libr. 2. controvers. & siffr. cap. 30. num. 18. vbi limitat, quando post publicationem scienter talia dicta produxissem, nam tunc mihi imputandum esset, Felin. in cap. imputari, col. 1. de fid. instrumen.

Ad propositum ergo redeundo, & sic ad expeditiōnem & intellectum tex. in d. c. tuis questionib. dico, non dñeſſe qui putent, posse in puncto iuris teneri, et si in practica non licet à communi opinione, maximele-

ge Regia approbata, discedere, non posse partes hujusmodi juramentum de veritate dicenda testib. remittere, quoniam ex hoc iudiciorum auctoritatib. laudetur cuius interest, ne falsi quicquam in iudicio committatur, quod quidem facilius contingit, si testes ad serendum testimonium jurati semper accendant. Præterea reipublicæ interest maxime, sententiæ ferti à iudicibus ex legitimis & veris probationibus, ut in auctoritate de T. abell. in princ. cum alijs. At vero remissio iuramento, si ad humana fragilitatis respiciamus inditatem, parum tutæ veritas esse videretur, atq; proinde fortassis nec legitima ejus probatio. Nec huic opinioni adherenter obierit tex. in d. c. tuis questionib. ibi, Nisi à parte remittatur aduersa. Nam text. ita agit de personis religiosis, nempe de monachis quibusdam, proper virtù maximam integratam, & ideo nihil mirum, si partium consensus operari possit iuramenti remissionem illis personis.

Quod ex tñ eo plurimum adjuvatur, quod scripsit Speculat. de instrum. editione, §. 5. ver. sed quid si debitor, vbi eleganter nos docet, quod etiæ probationibus sit per partes renuntiatur, adhuc duci poterit in testem vir religiosus monachus honeste & probatæ fidei, & non solum is, qui religiosus sit, sed etiam alius, dum tamē probatissimæ opinionis sit, & cui nihil possit opponi, ut tradi bene Hippolytus in l. 1. §. si quis ultra, n. 20. cum f. 99. ff. de quest.

Facit etiam, tñ quod eleganter determinat Bald. in c. præterea, n. 4. de testib. cogend. dicens, quod etiæ testis variare minime possit, quia lege Cornelia de falsis, tenetur, si quis tamē noræ fidei & auctoritatis sit, qui variavit, poterit ante didicita testificata dictu suum corriger. Huc etiam spectat pleraq; alia ex his, quæ Ias. aliud tamē agens, cumulauit in auctoritate, lib. 1. b. col. 3. C. de iudic. Ipse vero audeo affirmare, communem opin. mihi semper verissimam visum fuisse, ut pote text. expreso probartam in d. c. tuis questionib. qui non hoc permittit, eo, quod testes monachi & religiosi sint, sed quia consensus partium hujusmodi testimoniū remittentium accedit. Igitur idem erit seruandum in quibuscumque alijs testibus, etiam non religiosis. Quia quod ibi sint religiosi, facti contingentia fuit, non vero juris necessitas, præsertim, quia prædicta lex Regia in his non loquitur, sed generaliter in quibuscumque testib. partium consensu, sine iuramento deponentib. Non obstat fauor publicus, qui in iuramentis testiū propter falsitatem euitadām versatur, quia hæc falsitas cum sit delictum, in dubio nunquam præsumitur, ut in l. merito, pro socio.

Item & secundo tñ responderetur, quod principaliter juramenta testium introducta sunt in favorem partium propter veritatem eruendam, & secundario favore Reipublicæ, sed quando aliquid est introductū principaliter in favorem partium, licet secundario in favorem publicum, bene potest remitti partium consensu, gl. in c. de causis, in princ. de offic. delegat quam sequuntur Doctor, ibidem, & Bart. in l. 1. §. sed si filius, ff. de legat. 3. Ias. in l. omnium, n. 8. C. de testam. Bartolus pulchre in l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis & clericis. Decius in l. hac consultissima, colum. 2. Cod. quis testam. fac. possit.

Ex supra dicta tñ amē communis sententia probata in d. c. tuis questionib. sicuti juramentum testis remitti posse diximus, superest, quod in probationibus substantia potest per partes immutari, & sicuti in hac parte possunt partes derogare formæ in probationibus consuetæ, quæ lex induxerat in iurisurandi, C. de testib. poterit & in alio ab eadem l. inducto, ut etiæ dicatur unius testimonium non sufficere ad faciendam fidem, etiam si præclaræ curia honore præfulget, possit

Repetitio l. Nemo potest, ff. de legat. i.

possint nihilominus partes facere atq; conuenire, vt ex vnius tantum testimonio litis cuiuspiam determinatio fiat: quod notavit expressum Bart. in l. fin. ff. de prator. stipul. de quo videtur tex. & gl. in l. ff. de arbit. communem esse restatur Alex. confil. 5. 4. n. 1. lib. 2. & Alciat. in l. 1. fin. n. 21. & 22 ff. de verborum obligationib. vbi Socin. n. 13. eandem opinionem sequitur & eam retinet Gomez. in l. item si quis postulante, num. 23. in mod. vers. sed his non obstantibus, Inffis. de ad. vbi late examinat, dicit communem Ias. in l. ius mandatum quod ex conventione, n. 6. ff. de iure. qui est omnino videndum, restatur etiam communem Couar. lib. 2. var. c. 13. col. 2. quem & alios referens restatur communem Dn. Anton. de Meneses Supremi Confilij Regalis Senator in l. 1. n. 9. ff. de legat. 2. lequitur etiam Matth. de Afflit. dec. 1. Neapol. 19. num. 9. & seqq. vbi num. 12. inquit: quod altera pars poterit probare tex. in l. Pauli, §. patroni filius ff. de bon. lib. Glōss. in l. si quando, §. & generaliter, gl. ff. mag. in fin. C. de inoff. testam. difficultatem hanc moueret, determinans, quod consentientes ipse filius exheredari & præteriri possit: & quod ad exhereditatione quidem pertinet, dubium quidem non est, quin fieri possit ex ipius filii consenso, quare gloss. opinionem in hoc sequitur ibi Bartol. & plerique omnes, tandem est magis communis opinio, afferente id Rod. Suar. in l. quoniam in priorib. in l. ampliat. n. 32. & 43. C. de inoff. testam. ¶ Maius tñ amē dubium est: An & præteriti filius possit ex suo consensu, & sic ant text. in d. §. si quis sua manu habeat eius locū in præteritione? In quo gl. in d. §. & generaliter, id determinat, quod in exhereditatione, Ias. de Imol. tamē in l. si quis postulans, §. si filius, n. 4. ff. de liber. & posthum. tenet. tex. illum minime habere locū in præteritione, idem tenet Ias. in l. posthum. nato, num. 27. ve. sp. puto tamē quod ista limitatio, C. de bonor. possit. contra tab. & hanc opinionem verior est sibi allegit Guiliel. Benedict. in cap. Raynitus, verbiā eadem testamento relinquens, l. 12. num. 11. de testament. Verū tamē contraria sententia, imo quod tex. ille habeat locum non solum in exhereditatione, verum etiam in præteritione, verior videatur, quam tenet Angel. de Perus. in l. qui se patris, n. 13. C. ende lib. & Ioan. de Mol. sibi contrarius in d. l. filio præterito, num. 19. & ante eum Bald. sibi in quest. Paul. de Cast. ibid. num. 9. Roman. num. 1. Alexand. in d. l. posthum. nato, vbi hunc intellectum ad tex. illum sequuntur Dec. num. 9. Curt. 49. hanc dicit putare se veriorē opinionem in hac difficultate Alexand. in d. §. si filium num. 8. Roder. Suar. obi supra, num. 42. & non dubito, quin hæc sit magis communis opinio, & illam gloss. commendat Socin. confil. 230. lib. 2. & Ias. in l. inter cetera, n. 3. ff. seqq. & iterum n. 10. & seqq. ff. de lib. & posth. late examinans, dicit, quod opinio illius gloss. videtur magis communis, licet ipse contrarium teneat, & opinionem illius glos. modo filius prætereat modo exheredetur, cum ipius tamē consensu, testatur communiter & probatam, & magis communem Ant. Gomez. in l. 22. Taur. num. 5. vbi latissime examinat articulum hunc, & refert alias tres opiniones principales in hoc, & plures difficultates mouet contra gloss. & examinat etiā latissime idē Ant. Gomez. in tom. cap. 11. n. 14.

Vbi tñ num. 21. inquit, idem esse, quando filius consentit, ut opponatur grauamen in legitima, & idem tenet Palat. Rub. in repetit. rubric. 2. §. 4. num. 2. & 3. dicens, quod hoc modo poterit perpetuo vinculari legitima ex consensu ipius filii: de qua re dixi ipse late in mea repetit. cap. quoniam patrum, de pat. an. 6. quam collocandam decreui inter casus, quib. iuramento confirmant artus alias inualidi, quem tractatum Deodice aliquando in lucem prodam, & ad ibi amplius dicta circa gloss. d. §. & generaliter, me remitto, nunc hæc dicta sufficient.

Secondum Notabile.

Scundo, tñ colligere & notare licet ex litera nostri, S. text. quod verbum, potest, iunctum cum negatione,